



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaе, 1661**

1 Vult jus ne statuat successorum sibi præsul.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

svit, seque latenter deponi voluit. Nunquid a Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret, ad gravem & laborem se alibi cum fructu servavit: fortis etenim prallator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum, quavisit.

Multorum aulteritatis apparet, quando viventibus Episcopis alii possint substitui, & quando non.

QVÆSTIO II.

QVod autem iste valentine recepta suam posse repetere cathedram, nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem vero sacrificiorum, si e infirmitatis causa dimiserit, valitudine recuperata exequi non prohibetur.

C. I. ¶ De quodam Presbytero, qui caduco morbo laborabat.

Unde Alexander secundus scribit Gebonardo Vironensi d. Archiepiscopo.

IN tuis literis continebatur sic. Hic clericus ordinem habet Presbyteri: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi in presentiarum hoc agnovimus, non ausi fuimus concedere sibi, ut offerret, vel Missam celebraret. Quia vero languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostre decreto consulendo delibavimus. Consilium itaque, ut si frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, ut in consecratione Eucharistie morbo vitium epilepticum cadat. Si vero Dei misericordia convalescit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa), eum sacrificare jam non imedicimus.

C. II. ¶ Arceginio suspendatur ecclesie, qui in terram frequenter eliditur.

Item Gelasius Papa Rustico & Fortunato Episcopis.

Uper Foropopolensis f. ecclesie clerici, una cum Sabino Episcopo, & Pelagio, & laicis propria suggestione referant, presulem suum gravi quadam necessitate vexari, cuius eum dicerent incurisione frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare, precipue, cum eodem ipso volente huc se perrexisset firmare, ad dilectionem vestram scripta direximus, ut ecclesie, cuius rector tali casu tenetur astrictus, visitationem congruam reddatis. Verum, quia nunc idem ipse venit huc pontifex, falsaque omnia de se facta, disseminat, sub divini contemplatione iudicii, vestraque conscientia, existimationisque respectu, rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet vel in domo, vel in processione, vel in alio quocunque loco probatur repente collapsus, voces dedisse confusas, & sumas ore jactasse, quanta fieri potest examinatione queratur. Quod tamen, si non possit aliquorum factum reificatione firmari, sive nunquam legitime dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestamque documentum, quia de tantarum non segnis agendum est. Faciatrem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, & aptam magno pontifici, ut eum triginta diebus tecum esse constituas, eumque carnis indifferenter uti necessaria probatione compellas.

¶ Triginta ] In duobus vetustis codicibus legitur, octuaginta.

a. al. nunnam. b. ¶ gravi labore ad laborem. ] orig. c. aliquam. d. al. Vironensi. e. lvo p. c. c. 401. f. al. Foropopolensis.

CAUSA VIII.

Vidam Episcopos agere in extremis, successores sibi ex testamentis institui: inde fore non minus patrociniis in eadem episcopatum dignitate post electionem pro indeterminate colige, cum iuramentum prebit: accusari de fames, non quare minus ab obsequio profiteri: ante tempus iuramentum suum derelinquitur: sine literis Apostolicis ad causam suam revertitur Episcopus.

- 1. Hic primus queritur, an liceat Episcopo sibi successorem constituere.
2. Secundo, an amicorum patrociniis in electione debeat esse lesere.
3. Tertio, an sit habendus simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentum canonicis prestat.
4. Quarto, an liceat clericis ante sententiam tempus ad Episcopatum discedere.
5. Quinto, an sine literis Apostolicis debet redire ad propriam ecclesiam.

QVÆSTIO I.

QVod autem Episcopo successorem sibi institui licet, verbi Zachariae c. Papa coniaro, quia in quinto Archiepiscopo permissi ad iuramentum sui iure, qui ei defuncti in plenitudinem potestatis succedunt. Ex verbis Symmachi Papa dicitur, [S]i d. transfusa fuit auctoritas veneris, ut de sui electione successores non possit adire, &c.] apparet, quod Episcopi successores sibi institui possunt. Item ex verbi B. Petri illud idem probatur, qui iuramentum sibi successorem instituit.

C. I. ¶ Quod Petrus Linum & Cletum ad iuramentum sibi a se fecit, sed Clementem successorem instituit.

Unde Ioannes tertius scribit Episcopo Germano d. Gallie, episcopo antea, c. 2.

SI e Petrus princeps Apostolorum adiutores Cletum & Linum & Cletum, non tamen potestatem potestatis, aut solvendi, aut ligandi eis normam tradidit, successores suo sancto Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem pontificalem, tradente Linum & Petro, tenere promeruit. Linus vero & Cletus strabant exteriora: principes autem Apostolorum verbo & orationi insistebat.

C. II. PALEA.

Nolo ipse Clemens in epistola f. ad Iacobum Hierosolymitanum, inter cetera scribit, quod Petrus ad iuramentum sibi a se fecit, sed Clementem successorem instituit.

¶ Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vixit, presentis, apprehensa manu mea repente contigit auribus totius ecclesie, hanc protulit verba: Cletum hunc Episcopum vobis ordino, cui soli mea carnis & doctrinae cathedram trado: quem pro carnis pertus sum Deum colentem, homines diligentes, studium, discendi studis deditum, sobrium, benignum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, ex his, qui in verbo Dei instituantur, iniurias.

Sed in Antiocheno concilio hoc annis fere praeteritur, in quo c. 23. sic statutum legitur.

C. III. ¶ Episcopo successorem sibi instituit non licet.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vite perveniat.

a. al. Apostolici. b. al. Apostolici. c. Supra. d. Distinct. 79. f. transtus. e. Anst. cap. 11. tit. 1. f. Anst. l. c. 3. Clementis epist. 4. Quarta pars huius verba. g. Poly. l. 2. tit. 7. Anst. l. 6. c. 37. Dicit dicit, cap. 11. cap. 31.

Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Servetur autem ius ecclesiasticum, id continens; non oportere aliter fieri, nisi cum synodo, & iudicio Episcoporum i, qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum, qui dignus exiterit promovere.

¶ Episcoporum ] In *codicibus Gratiani etiam manuscriptorum* figuratur, & electionem clericorum: quæ sunt expuncta, quæ neq; in originali, neq; apud ceteros collectores leguntur.

C. IV. ¶ De eodem. Item ex concilio Marini Papæ a. c. s. Episcopo b non liceat ante finem vite alium in loco suo constituisse successorum. Si quis autem hoc usurpare tentaverit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio, & iudicio Episcoporum, qui post obitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere.

C. V. ¶ De eodem. Item Hilarius Papa in synodo Romana c. s. Plerumque sacerdotibus, in mortis confinio constitutis, in locum suum, feruntur alios designatis nominibus subrogare: ut scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod, quam grave sit, admittat. Atq; ideo si placet, etiam hanc electionem generaliter de ecclesiis auferamus: ne, quod turpe dicitur, homini quibusdam aut feramus, quod Dei est: ab universis acclamatum est: Hæc præsumptio nunquam fiat. Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt.

¶ Atq; ideo ] Hæc, ad veris. Ab universis: addita sunt ex ipso concilio, Anselmo, Polycarpo, & Ivano.

C. VI. ¶ De eodem. Item Hieronymus ad Titum d. c. s. Mœsianicus Dei, cui e facie ad faciem Deus locutus est, ponit atque successoribus principatus filios suos facere, & posteris propriam vel inagere dignitatem: sed extraneis de alia tribu eligitis: ut sciremus principatum in populos non sanguini descendendum esse, sed vite. At nunc cernimus plures hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos in ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscant ecclesiæ profectus: sed quos, vel ipsamant, vel quorum sunt obsequiis delectati, vel pro quibus majorum quispam rogaverit, & (ut detentora taceamus) qui ut clerici fierent, muneribus impetrant.

C. VII. ¶ De eodem. Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, c. 16. Apostolica v. auctoritate prohibemus, ne quis ecclesiastica, & præbendæ, præpouturas, capellanias, & aut alia ecclesiastica officia in hereditario iure valeat vanificare, aut expostulare præsumat. Quod si quis improbus ausu ambicionis reus autentare præsumpserit, debita poena multabitur, & postulat carebit.

¶ Hi omnes auctoritates prohibentur Episcopi successoribus sibi instituire. Sed aliud est de sui successoribus electione cum fratribus dilectis, aliud est de hereditate, tanquam sua dignitate hereditate sua quærent. Illud fieri permissum: hoc autem poenis prohibetur. Illud autem licet Petri, Apostoli ad illi, vult in argumentum assumi, qui talis sibi substituit, qualem sibi successorum beatus Petrus quæsit. Verum, quia officium non valet, sed tanquam caput deferri, atq; ad Episcopatum valet, qui sibi substituit, quærent caput, vel edictum populi, vel a plebe decedens inveniatur: electio sacri canonicus statuta est, ne quisquam sibi officii quærat successoribus: sed populi

a Id est in capitulis Marini Braccarensis, cap. 8. b Burchi, l. 1. c. 17. l. 1. c. 13. c utiq; ex concilio Gratiani, & Polycarpo, l. 2. c. 11. d. Anselm. l. 6. c. 1. l. 1. c. 1. d. In comment. ad ea verba. [Et constituitur pro civitate Bretherton.] e Exod. 23. Numer. 27. & Deut. 17. c. 17. g al. capellan.

electione quæritur, qui eorum utilitati digni deserviat, qui illorum utilitatem, non sua luera quærat, qui Christi semen veli suscitare, non sibi divitiis congregare. Quod qui facere contempserit, iure ab ecclesiis repudietur.

C. VIII. ¶ Qui sibi, & ecclesiæ prodest, utroque pede calcatus intelligitur. Unde Augustinus contra Faustum Manichæum lib. 3. cap. 10.

¶ Limjussus a est frater pramortui fratris uxorem perducere, ut non sibi, sed illi sobolem suscitaret, quæque vocaret nomine, quod inde nasceretur. Quod si recuset, disfaciat uno pede conspui solebat in faciem. Nunc Evangelii quique prædicator ita debet in ecclesia laborare, ut defuncto fratri, id est, Christo suscitaret semen, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. At vero qui electus ab ecclesiis ministerium Evangelizandi i. renuerit, ab ecclesiis ipsa merito, dignèq; contemnitur. Qui enim & sibi prodest, & ecclesiæ, bene intelligitur utroque pede calcatus. Unde illud [Quam speciosa pedes Evangelizantium pacem, Evangelizantium bona.] Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, disfaciat illius non figuratum significabit, sed in simplicitate portabit opprobrium.

¶ Hi verba beati Augustini, & in summam redacta, & interduo mutata sunt, quod alius error loci est adnotatum.

¶ Evangelizandi ] Sequitur in vulgatis, & baptizandi: quæ sunt expuncta, quia in manuscriptorum non leguntur, sicut neq; in originali.

C. IX. ¶ Locus regimini sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus. Item Gregorius Papa in registo, lib. 6. epist. s. [sic capite 109. Cyrilli Episcopi.]

¶ In c scripturis a vestris vos magnopere requiem, quæzisse narratis: sed per hoc ad pastorem sollicitudinem vos congrue venisse ostenditis: quia, si eorum regimini desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus. ¶ Et sicut scriptum est, [Nec tantum sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron:] & rursus idem prædicator egregius dicit: [Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, ut & qui vivunt, iam non sibi vivunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit:] & pastor sanctæ ecclesiæ dicitur, [Simon Ioannis amas me? Pisce oves meas:] ex quibus verbis colligitur, quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oves renuit pascere, offendit se pastorem summum minime amare. Si enim unigenitus patris pro explenda utilitate omnium de seculo patris egressus est ad publicum nostrum, nos quid dicituri sumus, si secretum nostrum præponimus utilitati proximorum? ¶ Quis itaque nobis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum iure aliquando postponenda. Nam, sicut toto desiderio debemus occupationem fugere; ita, si desit, qui prædicet, occupationis omni libenti necesse est huicero se subire. Quod ex duorum prophetarum opere docemur; quorum unus prædicationis officium vitare conatus est, & alter appetit. Nam mittente se Domino Hieremias respondit, dicens: [Ah! Domine Deus nescio loqui: quia puer ego sum.] Et cum omnipotens Deus personam ad prædicandum quæreret, dicens: [Quem mittam, & quis sibi nobis?] ultro se obtulit Elaias & dicens: [Ecce ego: mitte me.] Et ab utroque exterius diversa vox prodit, sed non à diverso dictationis fonte manavit. Duo quippe tunc præcepta charita-

a Deuter. 27. b Esa. 53. Rom. 15. c Ier. 1. c. 25. d al. scriptu. e Heb. 5. Num. 23. f 2. Cor. 5. Ioan. 21. h al. ammo. i Num. 1. k Esa. 6.



que sæpe clamoribus ad eam gratiam, aut ad pretium fortasse excitatis, moveri solent: vel ex ipsis etiam sacerdotibus, quis erit, qui se idoneum ad hoc iudicet, nisi si cui oranti, & petenti à Domino reveletur? sicut & Deus dicit ad Moysen b. [Assume ad te ipsum Iesum filium Nave, hominem qui habet Spiritum Dei in semetipso, & impones manus tuas super eum, & stantes eum coram Eleazaro sacerdote: & præcepta eisdem in conspectu totius synagoga, & præcipe de ipso coram eis; & dabis claritatem tuam super illum, ut audiatur illum filii Israël.] Audis evidenter ordinationem Principis populi tam manifestè descriptam, ut penè expositione non egeat? Nihil hic populi acclamatio, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquitatis agrorum & prædiorum relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit, homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semetipso Spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & qui Moyse valde notus, & familiaris sit: id est, in quo sic claritas legis & scientia, ut possint eum audire filii Israel.

**C. XVII.** ¶ *Quæ ex favore, sed ex iudicio dicit vocare electis.*  
*Item Gregorius libro de civitate Neapolitanæ, lib. 7. cap. 47.*

**N**ec novum, nec reprehensibile est, in eligendo Episcopo populi se vota in duas partes dividere: sed grave est, quando in huiusmodi cautis non ex iudicio, sed ex solo favore venire electo.

*Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegit, datur iudicium, quod aliquando quibusdam traditur, quos Deus non elegit.*

**C. XVIII.** ¶ *Non ex arbitrio Dei aliquando datur Princeps ecclesiæ.*  
*Unde Hieronymus d.*

**A**videtur fortassis aliquid dicimus: tamen quod scriptum est, dicimus. Non semper Princeps populi, & ecclesiæ iudex per Dei arbitrium datur: sed prout meritis nostra deponunt. Similia sunt actus nostri, & operatur malignum in conspectu Domini, datur nobis Princeps secundum cor nostrum. Et hoc tibi descripturis probabo. Audi namque, quod Dominus dixit f. [Erecerit sibi Regem, & non per me: Principem, & non per consilium meum.] Et hoc dictum videtur de Saul illo, quem utique ipse Dominus elegerat, & Regem fieri iusserat. Sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatis populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate vel consilio constitutum. Tale ergo aliquod intelligamus etiam in ecclesiis fieri: quod pro meritis populi, aut in verbo & opere potens a Deo tribuitur rector ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famem g. & sitim populus patitur: non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.

**¶** Dominus. *In vulgari sequitur, & tales perseverant, quæ sunt reducta auctoritate manuscriptorum, homine ipsius, & glossæ ordinata. In uno autem manuscripto sunt glossæ variatioræ.*

**C. XIX.** ¶ *Non sunt filii, sed mercenarii, qui honorantur ab hominibus appetant.*  
*Item Augustinus tractatu 46. ad c. 10.*

**S**unt in ecclesiâ quidam præpositi, de quibus Paulus apostolus dicit [sua & quærentes, non quæ Iesu

a. *ut gratia, aut pretio fortasse excitata.* b. *Numer. 27. c. An. 1.6. c. p. Poly. l. 2. tit. 1. Sup. si ergo.* d. *Origenes hom. 4. in lib. iudicium, & in libro dicitur ad cap. 4. iudic. e. alii populo.* f. *Off. 1. g. Amos. 1. h. An. 1.7. c. 19. i. Phil. 2.*

Christi] Quid est [sua quærentes?] non Christum gratias diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalit commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc servitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, & inter filios se non computet.

*Non ergo qui præficiuntur, semper ceteris meliores intelligentur.*

**C. XX.** ¶ *Ex electione non præficiuntur Episcopi, sed conspiciuntur.*  
*Unde Hieronymus ad Titum 3. c. 1.*

**I**llud inferendum est adveritiam eos, qui de Episcopatu intumescunt, & putant se non dispensationem Christi, sed imperium consecutos: quia non statim omnibus his meliores sunt, quicunque Episcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quod ipsi electi sunt, semagis exultimenter comprobatos: sed intelligant propterea b quosdam à sacerdotio remotos, quia eos viria liberorum impedierint: si autem peccata filiorum iustum ab Episcopatu prohibent, quanto magis unusquisque se considerans, & scientis, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc, non tam honore, quam onere, & altorum locum, qui magis digni sunt, non ambit occupare?

**C. XXI.** ¶ *Pro gradu sui officii quem meliorem esse oportet.*  
*Item eisdem ad Titum 3. c. 2.*

**Q**uæ enim edificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse majorem? Vnde non solum Episcopi, Presbyteri, & Diaconi debent magnopecte providere, ut cunctum populum, cui præsent, conversatione, sermone, & scientia præcedant, verum etiam & inferior gradus, exorcistæ, lectores, adici, acolythi, & omnes omnino, qui domui Dei servant: Quis vehementer ecclesiâ Christi destruit, meliores laicos esse, quam clericos.

**¶** Acolythi] *Est hæc dictio in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

**C. XXII.** ¶ *Populus iudicabit Episcopum sua officia non agentem.*  
*Item ad Titum 2. cap. 10.*

**V**ereor, ne quomodo Regina Austriæ, veniens à finibus retræ audire sapientiam Salomonis, iudicatura est homines temporis sui, & viri Ninivita acta penitentia ad prædicationem Ionaæ condemnabunt eos, qui majorem Iona Salvatorem audire contempserunt, hic plurimum populus Episcopos iudicent, subrahentes se ab ecclesiastico gradu, & ea quæ Episcopo non conveniunt exercentes.

**C. XXIII.** ¶ *Qui clericos suos non corrigi, populum corrigere non valet.*  
*Item Ambrosius in interpretatione ad populum, serm. 13.*

**Q**uid autem ego vos arguo, cum possitis me uno sermone convincere? convincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres emendare non possum? aut qua fiducia succentem laicis, cum à confortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem, fratres, non de omnibus loquor: sunt certe quidam devoti, sunt & alii negligentes. Ego neminem nominò: conscientia sua unumquemque conveniat.

**C. XXIV.** ¶ *Episcopo ad salutem non sufficit, moribus & vita populo adæquare.*  
*Item Beda super Mattheum 1.*

**I**n comm. ad eum locum, [Si quis est sine crimine.] b. *Sap. 6. c. In comm. ad locum, [Attento te contemnat.] d. In comm. ad ea verba, [Sed hostilitatem.] e. *Matth. 12. f. Simile quiddam auctor operu imperit in Matth. hom. 46.**

**N**ec sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis  
negligentium, vel quorumlibet indoctorum, sine vel  
a dubis adquebatur, quibus factis, literis unica est cre-  
dendi patitur & vivendi regula a prescripta.  
*Ne ergo (ut supra distictum est) tales sui officii successores aliqui  
sibi quaerere prohibetur Episcopis ab omnibus pro se successorem sibi sta-  
tuere, ac designari in locum suum subrogare.*

**QVÆSTIO II.**

**Q**uod autem amicum patrocini, in aliquorum electione  
convalescere non debeant, auctoritate beati Gregorii Pa-  
pæ probatur, qui in secundo libro Regum, indist. 11. ep. 22.  
suo sup. or. scribit Antonia Subdiacono dicens.  
**C. 1.** ¶ In electione Episcopi non manerem datus,  
ne aliquorum patrocini con-  
valescant.

**I**llud b quidem pro omnibus sibi curæ fit, ut in hac e-  
lectione nec datio quibuslibet personarum patrocini  
præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocini  
convalescant. Nam si quorundam patrocini fuerit  
quicumque electus, voluntas exigente, compellitur: licet  
dinatus, obedire, reverentia exigente, compellitur: licet  
fit, ut & res illius minuatur et desig. & ordo ecclesiasti-  
cus non servetur. Talem ergo, te adponente, personam  
deberi sibi eligere, quæ nullius incongrua voluntati de-  
ferriat, sed vitæ ac moribus decorata, tanto ordine di-  
gna valeat inveniri.

**C. 11.** ¶ In electione antistiti communi utilitati,  
non suo lucro quisq. proficiat.  
*Idem ad clericum Mediolanensem, lib. 2. indist. 11.  
epist. 29. seu c. 62.*

**D**ilectissimi c filii, officii nostri censura communiti  
suademus, ut in hac suscipiendi antistitis causis nul-  
lus vestrum, neglecta utilitate communi, suo lucro pro-  
spiciat; ne, si quicumque propria commoda appetat, frus-  
trata æstimatione fallatur, quia nec libero iudicio præ-  
ferendam sibi personam examinat mens, quam cupi-  
ditas ligat. Penitentes igitur, quæ cunctis expediunt, ei-  
quem vobis divina gratia præbere. Iudicari nam-  
que à vobis ultra non debet semel prælatus: sed tanto  
nunc subititer iudicandus est, quanto postmodum iudi-  
candus non est.

**QVÆSTIO III.**

**Q**uod autem simoniacus talentium non sit, qui post electio-  
nem pro indennitate ecclesie iuramentum præstitit, facile  
probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentum  
facere, vel se fideliterum pæfisse, ad hoc ut eligatur: aliud est, nulla  
præcedente conventionione post electionem, in usummodi iuramentum  
efferre. Illud ab officio tanquam minus impensum deicit: hoc au-  
tem conferendo nullum impedimentum generat.  
*De prioris casu scribit Pelagius Papa clero Catonensi.*

**C. 1.** ¶ Qui in Episcopum eligitur, de rebus eccle-  
siasticis aliquam securitatem nulli  
faciat.

**T**alia d quidem iam dudum ad fratrem & Coepi-  
scopum nostrum Eucarpum, de visitatione Cati-  
nensis ecclesie scripta direximus, ut in eis iudicium  
nostrum potius agnosceret. Verum tamen, quia quod-  
dam ibi non sana intentione, sed pravus studiis, dissen-  
siones suscitare, vestra etiam relatione cognovimus,  
qui scientes se ad Episcopatum nec arate, nec scientia,  
nec vitæ meritis, posse perducere, ad hoc tantummodo  
inquietare ecclesiam volunt, ut sibi de his, quæ ex ipsa

<sup>a</sup> Sup. Apostolica. <sup>b</sup> Poly. l. 2. tit. 2. l. 1. p. 1. c. 229. c Poly.  
ibid. l. 1. p. 1. c. 230. <sup>d</sup> Anf. l. 6. c. 4. Poly. l. 2. tit. 3.

presumpta sunt, impunita remissurus pronuntio Episco-  
pus, & fiat rapina securitas. Episcopatus amantia, hoc  
etiam vos duximus commonendos, ut decretum in Episco-  
pium Diaconum factum, & subscriptum ad omnibus  
quos vestra relatio designavit, ad nos cum gratia  
satis epistola, & cum eodem Diacono matrem suam  
propiciante, perducere. *Ep. post pauca.* ¶ Cum ignavia  
filius noster, magnificus vir, Leo prator, venisset  
nobis de singulis, quæ ibi mora sunt, & quomodocumque  
prope totius civitatis in Elpidio Diacono con-  
valescant. Unde quia, de memorati viri testimonio, o dubitacione  
non non possumus, idcirco, licet dictum est, Elpidio  
conum ad nos facite propere, nec expectetis ultra  
ut admonitio ad eum nostra debeat destinari. Quæ  
tamen hoc per vestram dilectionem in præsentia  
specialiter admoventis, ne cui se aliqui dante, o  
tutum esse promittat, sed neque de ecclesiasticis  
illis causis aliquam securitatem cuiquam adpetat  
se, sine promittere, aut quali factus Episcopatus  
direpta sunt non, repetat, sed apud eos, à quibus  
pia sunt, permanere libere patitur: sciens, quod  
aliqui fecit, vel fecerit, nec à nobis omnino per-  
valeat ipsa promissio, & cum iudicium nostrum, quod de  
habuimus, damno, pastoralis confectionis non  
promereri non poterit. *De secundo vero casu in regis  
secundi legitur.*

**C. 11.** ¶ Post electionem pro indennitate eccle-  
siae electo iuramentum præ-  
stare.

**A**rtaldus Arelatenfis, t. Episcopus, Narbonen-  
sis ecclesie suffraganeus, Romam confectionem  
minum Papam Urbanum venit: suus quippe  
scopus eum consecrare volebat, quoniam post  
nem suam propter bona ecclesie facta, etiam  
iuravit. Consecratus in que est à Domino Pa-  
no, ante purgatus huiusmodi iuramento. De-  
to, quod canonice non est ecclesie facti post  
nullam conventionem ante, ut eligeret. Post  
mensis vero Archiepiscopus, nullus, prater illi  
causa, confectionem nostram omisit, me frater  
militi cunctis conficius sum, propter quod à  
unctione repellat.

¶ Arelatenfi ¶ In manscriptis etiam sic habetur  
sua est subsementiam, quia hic Episcopus vocatur  
Archiepiscopi Narbonensi: in enicis autem secundo  
Arelate referitur ad provinciam Viennensem. Et  
etiam Durandi in seculo de autor. & usi palli, hoc  
dat, Arelatensem Archiepiscopum subesse Narbonen-  
loannes Andrea in notu ad illum locum expressit scribit  
talis non agi de Arelatenfi Archiepiscopo. Et probatur  
Electi, qui vero est suffraganeus Archiepiscopi Narbonen-  
ruperi scriptum fuisse, Arelatenfis.

**QVÆSTIO IV.**

**Q**uod autem clericus ante sententiam tempus ad  
discedere non liceat, probatur auctoritate Sym-  
machi Pape dicentis.  
**C. 1.** ¶ Symmachi ¶ (Crasse libellus Emendat, non  
chi Pape, cuius reddita est ratio sup. dist. 31. c. 1. non  
non no.)

**C. 1.** ¶ Antequam sententia non decessat  
ab Episcopo suo discedere.

**N**onne d directe sunt verba canonum, quæ  
quod clericorum ab Episcopo suo ante  
tempus pro dubia suspitione discedere, non  
eum manere censuram? ¶ *Lex eccle-  
siæ.*

<sup>a</sup> ad iterari. <sup>b</sup> Emendatus est hic locus  
Polycarpo. <sup>c</sup> al. sacerdotum non repellat. <sup>d</sup> Poly-  
340. & 342.

